

THEOPHRASTVS PARACELSVS Medicus, aliàs dicitur THEOPHRASTVS, item AVREOLVS THEOPHRASTVS : item PHILIPPVS AVREOLVS THEOPHRASTVS PARACELSVS, contemptis veteribus omnib. nouã Medicinam instituit, & plurima non in Medicina solùm sed in Theologia quoque scripsit, omnia tamen Germanica lingua. Editi autem sunt multi eius libri Germanicè, non pauci etiam Latinè ab eius sectatoribus in Latinam linguam conuersi, è quorum numero sunt sequentes libri. De vrinarum ac pulsuũ iudiciis: tum de Physionomia: item de morborũ Physionomia fragmentum. Argentinæ apud Samuellem Emmel. anno Domini 1568. Priores duo libri eodem anno Coloniae quoque editi sunt à Birckmanno. Septem libri de gradibus receptorũ ac naturalium: his addita 16. capita de anatomia, publicata ab Adamo Bodenstein, Basileæ apud P. Pernam 1568. Pyrophilia vexationumque liber: cui accesserunt: Primò tractatus metallorum septem. Secundò rerum naturalium tria fore principia, per demonstrationem artis igneæ docetur. Tertiò contracturarũ origines & curæ. Quartò, morborum capitalium quatuor, Epilepsiæ, Podagræ, Paralysis, & Hydropisis curæ. Ibid. Philosophiæ magnæ collectanea quædam per Gerardum Dorn Latinè reddita. Ibidem 1569. Chirurgia vulnerum, cum recentium, tum veterum occultorum & manifestorum vulnerũ: Cui

Cui